



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 22. Verus illa & S. Præcursoris sine absolute confessione nostra
demonstrat vt excellentiam, ita & facilitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

peccataque confiteri: J qui quid ibidem retum ageretur, in sola habebat peccatorum cum confessione, tum e dmemoracione. Commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Sed nec D. Ioannes omnia sua sanctitate, confessione & predicato baptisate, eo usque peruenit, vt ipse testabatur, protestatus, illam peccatorum abolutionem Christo referuari agno Dei, qui tollit peccata mundi, qua ipse non poterat impertiri. Si hac ita se habeant, vt quid Deus populo suo, & D. Ioannes, ijs qui baptizandi conuenerant peccatorum iniunxit eor confessionem?

Hebrae. 10.3.

V. Fructus primus dispositio emendationis.

Respondet D. Anastas. Synaita ob multiplicem eius fructum. Primum, licet Sacerdotibus in illa esset peccata soluendi auctoritas, hoc tamen ipsum, illa confiteri, ac promulgare non minima erat ad illa deferenda dispositio ob rationem iam dictam, nempe; peccata tenebras esse, quae ad lumen productae dissipantur. Peccata tua ad lucem profecto conspicias, quid egeris, quam sine illo fuerit fructu tua voluptas, quam modica, quam nulla, quam nihil quidquid in illa reperitur, quantum absit tibi in peccato vllam acquiri requiem, quod illud ad lucem producendo studiose perpendendo, te commisisse confundaris, quod vnicum sufficere potest, vt peccatum manu mittens eiuat: expleo tibi sit David, cui adulterij peccatum tantummodo nocuit, quo tempore peccatoris sui secreto gerebat absconditum, mox vero, de illo Prophetas Nathan declamante, cum ad lucem prodijt omnium oculis spectabile sub persona diuitis, qui pauperi vicino vnicam sustulerat ouiculam, ilico illi nuntium peccati remisit, & hanc emisit delicti confessionem. Peccasti Domino: tati quati nouimus, & meriti & efficacie. Quam soter vile tali modo de vestris cum confessione. differere peccatis, illa confitendo, explicando, numerando, aggravando, vt illa te ad lucem profertente sic agat Confessarius, vt eorum tibi grauitas, turpitud, fratres, damnaque innotescant.

36. VI. Secundus hic erat confessionis huius fructus (inquit D. Anastas. Synaita) vt saltem in aliquo pro culpis satis facerent, ipso pudore, quo quis alicuius delicti detegendo, ac humiliter confitendo. Pudor hic duobus pollet effectibus: primus manum tibi dat vt peccatum exhortelas, & de cetero non committendum proponas, cum sit in confesso, quod ipse necessario illud sis damnaturus, quod adeo permissum malumque esse cognoscas, vt te pudeat tale quid commisisse. Vipera mortifera peccatum est, qui autem illam interimis, erodit; viscera, gemina sunt viperarum ipsarum visceribus ingenta, Qui sent, quae so proprie filij

peccatorum? Pudor & confusio, vt postmodum dicendum, & patet experientia. Sufficiunt haec vt viscera corrodant peccati, illudque cofodiant, si diligenter attenderes quod ex illo nihil tibi superstit aliud: quo D. Paulus vtrum arguere: *Quomodo ergo fructum habuistis in illis tunc, in quibus nunc erubescitis.* Cōtinge illa duo tunc & nunc id quod modo consecutus es, euidenter tibi demonstrat, quid fuerit illud, quod tanto violimine procurastis, & toto corde dilexisti. Secundus hic aperitur effectus, si pudor sit ille, quem conuenit esse, valet ad aliqualem satisfactionem, eius quae te mouet confusio nis, quando peccatum illud coram Deo, colorum Angelis, totiusque mundi confesum in die iudicij sciri esse reuelandum. Huius argumenti seruiunt illa Spiritus S. verba postea declaranda. *Pro anima iuane confundaris dicere verum: ist enim confusio adducens peccatum & est confusio adducens gloriam & gratiam.* Confusio quam peccator sua confitendo peccata libenter assumit, haec illi gratiam conciliat, haec gloriam obtinet: confusio vero quae tanta est, vt a peccatis confitendis deterratur, haec illum peccato obstringit grauiori. *Adducens peccatum.* Quinimo opinatur D. Chryf. hanc plurimum Pharisaeorum fuisse nequitiam, quo minus confitentes peccatis D. Ioannis aduoluerent, pudor enim eos a peccatorum confessione retraherat, sans illi confiteri quod postmodum Christus Pharisaeis indicauit, nimirum quod a Publicanis & meretricibus in die iudicij pudore confunderentur: *Publicani & meretrices praecedent vos in regno Dei.* Non enim vos eorum exemplum secuti, ad peccatorum confessionem, & penitentium Ioanne predicante, pudore terri venite: *oluitis: Venit enim ad vos Ioannes in via iustitia, & non credidistis ei, Publicam autem & meretrices crediderunt ei, & penitentiam videntes, nec penitentiam habuistis.*

§. 22. Verus illa & S. Praecursoris sine absolutione confessio vestra demonstrat vt excellentiam, ita & facilitatem.

Ad tertiam sic proceditur: veteris illius confessionis ceremonie ad nostram vergebant consolationem: vt beatam sortem nostram intelligamus, qua sub lege gratiae perfruiunt. Illo tempore confessio praecipiebatur, & aliquoties eo fiebat modo, vt circumstantes nullo negotio peccata viri seu mulieris euidenter agnoscerent: ut quia vt doctus aduertit Genebrardus mandabat in illius Deo, vt singuli hanc facturi peccatorum exomologatione

mologesim, congruas peccatis expiandis secum deferret oblationes. Qui talis fuerit reus criminis ad pedes accedet Sacerdotis illud agnoscentes, offerens agnum in criminis expiationem ille qui sceleris alterius noxius inuenitur, quem deferret, ille caprum, ille placentas & liba, &c. Ex illis ut eumque colligere poterant circumstantes, cuiusque viri peccati qualitatem, ex illa, videlicet quam brachijs, vel manibus deferrebat, oblatione. O Domine, quam hoc terribile iudicium? Quid tibi videtur, quo esses animo, si tale quid tibi iungeretur? Bone Deus, quam huic precepto repugnans, quam tibi graue censeretur? Ast his multo grauius est alterum, nimirum quod peccata ad praesente confessione, & absolutis legibus diligentis, nec sic a peccatis per Sacerdotem reus absoluebatur, sed nec absolui poterat, hoc solum agebat Sacerdos, ad penitentiam lamenta adhortabatur peccatorem, ut crimina coram Deo lachrymis excuteret, & ad meliora conuerteretur. Hoc autem erat huius solemnissimi expiationis festi facinus, quod Deo sub te celebratum vocabatur. *Erit vobis dies ille celeberrimus.* Tempus autem huic festo celebrando mensis Septembris assignatus erat, quo singuli totius anni generaliter facerent peccatorum confessionem. Volebatque Deus, hanc confessionem comitarentur, lachrymae, singultus, gemitus, animi tristitia, carnisque maceratio. *Affligite syne animas vestras.* Plures aliter addebantur circumstantia, quas expendunt Orig. D. Hieron. Et nos alibi declarauimus. His tota illa festiuitas sumebatur, ita tamen ut eorum nulli daretur efficax criminis vel minimi absolutio, quod ut praediximus ad rem expendit D. Paulus. *In illis commemoratio peccatorum fit per singulos annos:* Ad quid igitur illa confessio? quis fructus ex eo quod sua singuli detegerent peccata Sacerdoti? Erat haec, respondet, Apostolus figura vmbraeque eius cuius nos gaudemus modo, confessionis. *Vmbra habet lex futurorum honorum, non ipsam imaginem rerum.* Vmbra erat, quocirca nec corpus, nec spiritum habebat, haec namque vobis futura seruabantur.

Hoc sua voluit significare & confessione & baptismate gloriosus Christi praecursor, de quo sic D. Marcus: *Fuit Ioannes in deserto baptizans & predicans Baptismum penitentiae in remissionem peccatorum.* Quis est ille baptizans in remissionem peccatorum? Certo certius credo, quod nec Ioannes a peccatis absolueret peccatores, qui penitentiam agebant, qui peccata confitebantur nec eius baptismus in remissionem dabatur peccatorum, unde & aquae tantum baptismi dicebatur, ut de-

clarat D. Hieron. & D. Gregor. Opinanter aliter, quod D. Ioannes auditis in confessione peccatis singulis iniungeret congruam delictis penitentiam, eos exhortatus, ut animo illum in eorum perficerent, quo per se o illos aqua perlustrabat. Ita D. Thom. *Baptismus Ioannis dicitur esse in remissionem peccatorum, quia baptizatis imponebat Ioannes dignos fructus penitentiae agere, quibus remissionem peccatorum consequerentur.*

Hinc quoque educit confessionem ab illis factam fuisse singulorum in particulari peccatorum: non enim congrue potuisset D. Ioannes conuenientem peccatis mandare penitentiam, nisi prius omnium habuisset ex confessione scientiam. Hanc prior illo docuerat sententiam Hugo de S. Victore. Unde his confessis haec confessio non tendebat ad peccatorum in absolutionem, sed ut illis auditis congruam illis D. Ioannes, seu iudicio daret penitentiam pro illis perficiendam, ac veram conaterentur criminum excutere contumeliam ut eorum possent obtinere remissionem. Alij SS. Partes docent, quod baptismus ille, & penitentia quam D. Ioannes predicabat in remissionem peccatorum, non fuerit eius, sed Christi baptismus, Christi penitentia, quam erat institueret, cuius ipse referebat imaginem, primaque suo baptismate lineamenta describebat. Ita D. Hier. Dialog. & D. Chrysol. D. August. D. Greg. D. Thom.

Ex illis habemus baptismum D. Ioannis nec fuisse Sacramentum nec gratiam impertisse nec peccata remississe, sed principium fuisse dispositum, quo peccatores recipiendo Christi baptismi praeparabat, unde congruo illud nomine Patres agnominant D. Basil. *ho. 13. Baptismus in iudicium.* D. August. *Præcursorium.* D. Damasc. *Rudimentarium.* D. Rabanus Maur. *Cathecismum ad Baptismum Christi.* D. Thom. *Sacramentale quoddam de quo fulius Theologi.* Idem fit de D. Ioan. confessione iudicium. His igitur suppositis tota illa peccatorum confessio his comprehendebatur, ut auctis D. Ioannes peccatis his penitentem verbis grauius admoneret: *fili graua sunt indubie peccata tua, verum tali ego potestate non polleo, qua te illis absoluam, attamen tibi spes erigatur, animosume, & confide: iam nunc venit quod sacramentum instituet baptismatis, quo cuncta ante illud commissa peccata delebuntur, pariter penitentiae Sacramentum, quo plenaria Sacerdos gaudebit potestate, peccata post baptismum commissa remittedi.* Sensus est autem hic verborum ex sententia D. Hier. & Gregor. locis cit. Quibus omnes generaliter

Dialog. 17.
ira Lect.
ser. cap. 3.
Ho. 7. C.
10. in E.
uang. In
4. u. sine.
2. q. 2. a. 2.
C. 3. p. 1.
38. a. 3. C.
in c. 11. ad
Ro. lect. 4.
38. C.
L. de Sa.
gram. c. 6.
Dialog. cit.
Ho. 10. in
Ma. th.
L. de Bap.
tis. contra
Donat. 1.
c. 9. C. 10.
Ho. 7. C.
10. in E.
uang. 3. p.
q. 38. a. 3.
IV.
Baptisma
Ioannis
nec erat
Sacramen-
tum nec
gratiam
confere-
bat.
L. 4. citat.
L. 1. in
10. a. e. 96.
L. 2. de in-
stitu. Cic.
ript. c. 6.
3. p. 9. 38.
cit.



& vnumquemq; singulariter alloquebatur. Ego vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit in Spiritu S. q. d. Meus hic baptizatus, hæc mea confessio, est sine spiritu corpus, vide & exa. ime: Christus autem baptismum ministrabit, instituetque animarum. En quam insignis apparatus, & quam ferretu censuram, si post peccatorum confessionem & tolerantiam confusionem, his te doniteret & confessoris: frater mi, multorum criminu reus accusaris, penitentiam age. Deum ieiunijs, vigilijs, pijsque operibus deprecate, quo tibi misericors ea dimittat, tu illorum tibi quere remedium?

¶ 39 En igitur Christiane nostram tibi propono fortem optatissimam, quantum, conspice, hæc tua, ab illorum differat confessione, confessio, postquam Christus hoc consecrauit penitentiae Sacramentum: primo namque totali est secreto sigillatum, quod inter te & confessorium absoluitur, idque tali fœdere dedicatum, vt confessis peccatis tuis quantumlibet enormibus & multiplicibus, modo conueniens adit dispositio, hæc ad perfectam non accedat contritionem, sed attritionem tantummodo, ex scientia Theologorum, dicat tibi Confessorius. *Ego te absoluo à peccatis tuis*, auctoritate tam generali, vniuersali, & effectu potentissimo, virtute clauum, quas Christus D. Petri cõsignauit manibus, suisque ministris, vt omnia tibi eorum Deo peccata remittantur, anima quoque vinculis omnibus absoluta dimittatur. Num hanc magnam extollis esse misericordiam? Num hoc non exigui esse ponderis aruitatis? si criminum confessio tibi illo erat tempore momenti, tantiq; eius fructus, quando nec ipsi Confessorij auctoritate valebant absoluedi, nec aliud illis erat creditum, quam ad penitentiae lamenta mouere peccatores, quibus scelerum suorum veniam consequerentur, nec audiebant ipsi penitentes, ec vni eum dicere licitum erat Sacerdotibus: *Ego te absoluo*: quanto grauioris modoponderis, & gratiae est censenda confessio. Describit hanc nostram confessionem: eulogiam D. Isidorus: Obiecta tibi respondens interrogatori. *Nosse cupio si est spes in confessione, si est remissio, si est venia*, Hoc inuenis à me, inquit D. Isidorus. *Respondet. Est place, si prorsus, est verique, est profecto, est proculdubio*. Numera respondentis affirmationes, tot quot phrasibus latina nouit aduerbia. *Confessio sanatur, confessio iustificat, confessio peccati ueniam donat, omnis spes in confessione consistit, in confessione misericordia est*. Certissime, igitur crede, nullo modo hasites, nullo modo dubites, nullatenus de misericordia desperes, &c.

D. Isidorus. *Lib. 1. Synonymorum sessio, si est remissio, si est venia*, Hoc inuenis à me, inquit D. Isidorus. *Respondet. Est place, si prorsus, est verique, est profecto, est proculdubio*. Numera respondentis affirmationes, tot quot phrasibus latina nouit aduerbia. *Confessio sanatur, confessio iustificat, confessio peccati ueniam donat, omnis spes in confessione consistit, in confessione misericordia est*. Certissime, igitur crede, nullo modo hasites, nullo modo dubites, nullatenus de misericordia desperes, &c.

§. 23. Non potest salus tua facilius, quam uerbu tuu, alligari remedio.

A Iterum quod nobis Dominus uerbis Ofee, quæ prælibauimus, inuuit, hoc esse dicimus: facilitatem nimirum, quæ tuorum possit veniam consequi peccatorum, diuinã fauente gratiã. Res est hæc excellens adeo tantique ponderis, ut eius uel minimum, caelum, terram, Angelos, Archangelos, Cherubim, & Seraphim totamque naturam creatam, longius antecellat: quæ igitur facilitate meoru indulgentiam obtinebo peccatorum? Tollite uobiscum uerba: uelita pericula ueracitæ confessionis: & quid tam facile? Numquid forte, inter ea quæ nostri omnia, ipsi uerbis potest aliquid esse minus operosum? Olim Dauid, dum fratres eius de illo querulosi, & arguentes arrogantem, quod in arenam contra Goliath delatere se uelle uiretq; conferte declararet, ut eos ad mentem reuocaret, probaretque nullus esse momenti, quod ea de re iudicaret, quærit: *Namquid non uerbum est?* Quid plus egi, quam uincum protuli uerbum? Ut ostendat Spiritus S. quam nullo negotio ei nã Deus operetur, hæc uirtus plurali uale communi: quam dicit à Deo cuncta uerbo procreari: *Verbo Domini caeli firmati sunt*, &c. *Et ipse dixit & facta sunt*. Potentiam, quæ te Deus mireratur, attende ut uelut omnipotentis uincio uerbo opereris. Quis operis iustificationis & remissionis peccatorum explicet eminentiam? quæ tanta est ut cæli, terræ, solis, lune, stellarum, marium, auium, piscium, omniumque superet creationem, de quo luse disputat D. Thom. Quo igitur labore opus illud iustificationis, peccatorumque remissionis peragitur? quo negotio anima mea pulvis inferni, fit calicula beatitudinis confors Angelorum? Quo iudore cordis mei uisceribus lux procreatur gratiæ, stellæ uirtutum, caelumque fit supernaturale? Vnum profecto uerbum, fidelissimã, ueracitæ peccatorum confessione. Tollit uobiscum uerbum.

His optime quadrat, quod olim Dominus dicit per Moysen, ut ostendat, quam nullo labore eius possint præcepta seruari, protæuicque nullum eius negotium, nullam inesse difficultatem: quod postmodum Diuus Paulus ex Deuteronomio mutuat, de lege intellexit Euangelicã: *Verbum quod ego præcipio tibi hodie, non est procul positum, nec in caelo situm, ut dicas, quis ascendet in caelum, neque in abyssis constiturum, ut dicas, quis ascendet in abyssum? sed prope est uerbum in ore tuo, & in corde tuo*. Non hoc tibi præcipio, caelum superes, laborem